



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Inventar des Archivs des Bischöflichen Generalvikariats zu Paderborn**

**Linneborn, Johannes**

**Münster i. W., 1920**

A. Urkunden.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51973](#)

ihre Herkunft noch fest stand, durch den Beisatz: (Corvey) kenntlich gemacht. Die Akten der zur Diözese Corvey gehörigen Pfarreien sind wenig zahlreich und unter den Namen der Pfarreien verzeichnet.

b) Der Bischof Ferdinand von Corvey war 1819 auch zum Vicarius apostolicus für das Eichsfeld und den Erfurter Bezirk, Gebiete die bis dahin zur Erzdiözese Mainz (Mergensburg) gehört hatten, ernannt worden. Er hat für diese Gebiete einzelne Amtshandlungen vorgenommen. Die Akten darüber sind von Corvey aus nach Paderborn gekommen und unter: "Eichsfeld und Erfurt" inventarisiert.

4. 1821 kamen von der früheren Diözese Osnabrück die Dekanate Rietberg und Wiedenbrück (die Grafschaft Rietberg, Rheda und das Amt Reckenberg) an Paderborn. Den Hauptbestand machen hier die Wiedenbrücker Akten aus. Die neueren Osnabrücker Akten sind gut geordnet nach Paderborn überwandt worden; sie lagen in Paketen zusammengelegt, welche eigene Inhaltsverzeichnisse hatten. Die Akten allgemeiner Natur sind unter: "Osnabrück" inventarisiert.

5. Von geringerem Umfang sind die von Aschaffenburg aus für die Pfarreien des jetzigen Kreises Siegen überwandten Akten. Nur die auf den Siegener Jesuitensonds bezüglichen Bestände sind erheblich. Sie liegen aber zumeist bei den Rechnungssachen und sind nicht in das Archiv mit aufgenommen. Die Akten für die einzelnen Pfarreien sind unter deren Namen inventarisiert.

### III. Der Aktenbestand des Archivs

schließt im allgemeinen mit dem Jahre 1823, als Paderborn die Verwaltung seiner neuen Bezirke übernahm. Das Generalvikariat informierte sich über die Verhältnisse seiner neuen Pfarreien durch eine Rundfrage. Diese "Tabellarischen Übersichten" bilden meist den Abschluß der Aktenstücke für die einzelnen Pfarreien.

Seit 1823 sind die Akten in der Registratur des Generalvikariats aufbewahrt. Auch hier sind die allgemeinen Verwaltungsaufgaben von den Akten der einzelnen Pfarreien getrennt. Die Generalakten der Registratur enthalten nur vereinzelte Stücke, die in die Zeit des alten Fürstbistums oder in die Übergangszeit 1802—1823 gehören. In den Beständen für die zur Diözese gehörigen Gemeinden sind auch hier und da alte Stücke, die vielleicht bei besonderer Gelegenheit in neuerer Zeit benötigt wurden, eingesprengt. Der Bischof von Paderborn, Dr. Karl Joseph Schulte, lässt augenblicklich die Generalakten der Registratur inventarieren. Die Übersicht wird gedruckt werden, so daß dann die gesamten vom Paderborner bischöflichen Generalvikariate aufbewahrten Archivalien der Forschung nutzbar gemacht werden können.

#### Borhanden sind:

#### A. Urkunden.

|         |     |              |                           |
|---------|-----|--------------|---------------------------|
| 9. Jhd. | —   | Urschriften, | 3 Abschriften (Negesten), |
| 10.     | 1   | "            | 2                         |
| 11.     | 4   | "            | —                         |
| 12.     | 13  | "            | 3                         |
| 13.     | 31  | "            | 10                        |
| 14.     | 83  | "            | 36                        |
| 15.     | 209 | "            | 38                        |
| 16.     | 82  | "            | 12                        |
| 17.     | 34  | "            | 2                         |
| 18.     | 20  | "            | —                         |

Insgesamt 477 Urschriften, 106 Abschriften

583 Stücke.

868.

[1]

Bischof Luthard von Paderborn und seine Schwester Walburgis gründen das Kanonissenstift Neuenheerse.

Negest der Urk.: Ms. der Visitation des Bischofs Theodor Adolph im Archidiakonatsbezirke des Domkämmerers fol. 46 v. Druck: Suppl. W. II.-B. Nr. 275.

Dazu ist bemerkt: Corpus eius [Walburgis] hic in capella s. Lamberti conditum cum superscriptione lapidi insculpta:

Hic veneranda iacet Walburgis, quae mente virili  
Struxit hoc et rexit prima monasterium.  
Subiectis vitae tribuens exempla beatae  
Ecclesiae cunctas amplificavit opes.  
Nunc te semper pium videat, quem semper amavit,  
Ut illam dextris consocies ovibus.

890 Mai 1. Forchheim.

[2]

Mehrere Bischöfe und Äbte bestätigen auf dem Reichstage zu Forchheim dem Stift Neuenheerse die Güter, Freiheiten und Privilegien.

Abschrift in Ms. der Visitation des Bischofs Theodor Adolph im Archidiaconate des Domkämmerers fol. 23 sqq. — Ein Regest der Urk. findet sich noch ibid. fol. 43 v.

Druck Wilmans, Kaiserurk. I, S. 526 ff. S. dazu Suppl. W. II.-B. Nr. 321, S. 49.

891 (Mai ?).

[3]

Papst Stephan bestätigt dem Stift Neuenheerse auf Bitten des Bischofs Bijo den Besitz.

Privilegium hoc papa Stephanus confirmavit in literis betulaceis corticibus inscriptis; a tergo literarum harum est, quod papa Joannes reliquias s. Santiniae, ossa s. Laurentii et caput s. Agatae huc transferri fecerit.

Regest in Ms. der Visit. des Bischofs Theodor Adolph im Archidiaconate des Domkämmerers fol. 46 v.

Die Beschreibung der Papyrusurfunde Suppl. W. II.-B. Nr. 327, S. 51 f. Facsimile ebenda. W. II.-B. V, Nr. 10, S. 4.

935 Mai 11.

[4]

König Heinrich I. bestätigt dem Stift Neuenheerse die Privilegien und besonders die freie Wahl der Abtissin.

Regest in Ms. der Visit. Theodor Adolph im Archidiaconate des Domkämmerers fol. 20 v angefangene Abschrift; fol. 46 v. Regest.

Druck Wilmans-Philippi Kaiserurk. II, Nr. 64, S. 47 ff. M. G. DD. H. I, Nr. 38. Das Weiterre Suppl. W. II.-B. Nr. 373, S. 60.

964 Februar 10 [XI Kalendas Martii]. Paterno.

[5]

Kaiser Otto I. bestätigt dem Bistum Marsica den Besitz, die Immunität und das Inquisitionsrecht und schenkt dem Bischof Albericus und dessen Nachfolgern das Kloster Barrea.

Druck M. G. DD. O. I. Nr. 263; nicht vollzogen und nicht besiegelt. Siegel bemerkt: „dessejungeachtet scheint sie dem Destinatär ausgefolgt worden zu sein“.

Ein unten an die Urk. genähert Bergamentstreifen sagt (Schrift des 15. Jahrh.): Confirmatio libertatis facte et date sancte Marsicane ecclesie vocabulo sancte Savine Christi martiris, site in civitate Marsicana ad preces Alberici episcopi sancte Marcensis ecclesie etc. per imperatorem Ottonem magnum anno Domini DCCCCCLXIII Indict. IIII, anno imperii magni Ottonis imperatoris III<sup>o</sup>. Actum in villa Paternie in comitatu Pennensi etc. — Man kann in der Tat zweifelhaft sein, ob die Indiction IIII oder die richtige VII zu lesen ist. — Die Urk. hat seit dem korrekten Druck in den M. G. noch gelitten, sodaß heute einzelne Wörter nicht mehr genau zu lesen sind.

989 Juni 23 [VIII Kalend. Julii]. Rom.

[6]

Papst Johann XV. bestätigt auf die Vorstellung des Abtes Theimar von Corvey und auf Intervention Hildebrandi Mutinensis episcopi die Privilegien, insbesondere die Exemption der Klöster Corvey und Herford.

Abschrift des 14. Jahrh.

Fälschung, verschiedentlich gedruckt und beschrieben. S. Supplement. W. II.-B. Nr. 534, S. 85 ff. Hier gedruckt zu Juli 27. W. II.-B. V, Nr. 20, S. 7. Diese gute Abschrift nicht erwähnt. Vergl. W. II.-B. IV, Nr. 892, S. 460 ff. — Auf der Rückseite von einer Hand des 17. Jahrh. [Grothues]: Joannis pape XV Thetmaro abbati Breve concessum, quo Hervorde et Corbeiam monasteria eximit ab ordinario et magnas gratias indulget. Datum Romae ao. D. Joannis XVI<sup>i</sup>, VIII<sup>o</sup>, VIII Kal. Jul. Indict. 2<sup>a</sup> circa A. 994. — Verum prudens lector, gnarus stili Romani, expendat, an tam inconcinnas locutiones a Sancta Sede emanent. — Corvey jurisdictionis. — Die Fassung hat einzelne Abweichungen von dem Druck im Supplement. Sie ist das von dem Jesuiten Grothues benutzte (a. a. O. erwähnte) Exemplar; es enthält nämlich 19 Zeilen; die zweite Zeile beginnt: unde ego. Der viel umstrittene Schluss der Fälschung lautet: Scriptum quer manus Stephani primi — statt des ursprünglich getrennt davon geschriebenen: scrinii ist dann darunter geschrieben: scrinarii sancte Romane ecclesie in mense Junio et indictione secunda. Data VIII<sup>o</sup> Kal. Julii per manus episcopi Johannis sancte Nepesie ecclesie et bibliothecarii sancte sedis apostolice. Anno pontificatus domini Johannis Sanctissimi Quintidecimi pape IIII. Indictione II<sup>a</sup>.

1033 Juni 20. Nordhausen.

[7]

Kaiser Konrad II. bestätigt dem Kloster Helmarshausen das Markt-, Münz- und Zollrecht dafelbst.

(C.) X In nomine sancte et individue Trinitatis. Chuonradus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. X Omnium nostri Christique fidelium tam presens quam et futura comperiat turba, qualiter nos ob interventum ac petitionem dilectae coniugis nostrae Gisalae imperatricis videlicet augustae et nostrae dilectissimae proli Heinrici regis neonon et fidelis nostri Meinwerchi episcopi, maxime vero ob amorem Dei Winoni, sanctae Helmwardeshusensis aecclesiae venerabili abbatи concessimus, largiti sumus ac firmiter dedimus fas atque licentiam, potestatem, in eodem loco Helmwardeshusun dicto, in comitatu Bennonis comitis et in pago Angera sito faciendi, habendi ac construendi mercatum, monetam constituendi, thelonium accipiendi, ibique totius publicae functionis negotium decrevimus colendum. Unde imperiali iubemus potentia, ut omnes negotiatores caeterique idem mercatum excollentes, commorantes, euntes et redeentes talem pacem talemque iusticiam obtineant, qualem illi detinent, qui Mogontię, Colonię et Trutmannę negotium exercent talemque bannum persolvant, qui idem mercatum inquietare aut infringere presumant. Idem mercatum cum iam dicta functione, moneta, banno et thelonio in proprium tradidimus memorato coenobio suisque rectoribus imperpetuum. Et ut haec traditio firmior omni permaneat aevo, hanc cartam inde conscriptam propriaque manu corroboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

X Signum domini Chuonradi Romanorum imperatoris (M.S.) invictissimi. X Burchardus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovit. X

Data XII. kal. Julii anno dominicae incarnationis M. XXX. III. indictione I. Anno autem domini Chuonradi secundi regnantis VIII. imperii vero VI. Actum Northuse; feliciter amen.

Orig. — Siegel abgejassen; Kreuzschnitt.

Druck Schaten I, ad ann. Donach und nach Ms. I, 242 p. 45 des Staatsarchivs Münster bei Wilmanz-Philippi K.-H. II, Nr. 184, S. 230 und M. G. DD. K II Nr. 190, wo die weiteren Drucke angegeben sind. Stumpf Nr. 2039.

[1081—1112.]

[8]

Der Abt Thietmar von Helmarshausen bekundet die Übertragung von 2 Mansen in Sulzen an sein Kloster.

In nomine sancte et individue Trinitatis. T.(hietmarus), Dei gratia Helwardensis abbas. Quoniam acta temporis delentur cum tempore, nisi beneficio scripturę posteriorum transmittantur memorię, notum facimus presentibus et

futuris, quod duo viri liberq; conditionis pro remedio animarum suarum singuli singulos mansos ecclesię contulerunt, qui duo mansi siti sunt in Sulten. Huius traditionis testes: Dudi decanus, Conradus scolasticus; laici Heribertus, Reinherus, Elvericus, Volcmarus, Germanus.

Origin. Siegel ab.

Die Zeugen Heribertus und Reinherus scheinen identisch zu sein mit den in der folgenden Urk. genannten, sodaß die undatierte Urk. in die Zeit des Abtes Thietmar I. von Helmwardshausen zu setzen ist. Gedruckt: Pfaff a. a. D. S. 160.

1089.

[9]

Der Abt Thietmar von Helmwardshausen befundet eine seinem Kloster von der edlen Frau Lucia gemachte Schenkung.

[Thietmarus]<sup>1)</sup> Dei gratia Helmwardensis abbas omnibus fidelibus Christi tam presentibus quam futuris<sup>2)</sup> . . . ; demonstrata plena oculis ante et retro describuntur. Hęc nimyrum nos admonent in omnibns actionibus nostris<sup>3)</sup> . . . in presentia pensare; sed etiam in futurum providentię oculos extendere. Quia enim incertę mutabilitatis morbo fere (omne genus mortalium)<sup>3)</sup> corruptum graviter laborat, necessarium valde videtur, quicquid per futurum tam presentibus quam sequacibus nostris agitur temporibus, id adversus astutas querelas superventurę posteritatis firmis, quantum inbellicitas nostra patitur roborare ac munire studeamus astipulationibus, quia plerumque temeraria presumptio minorum nec erubescit nec veretur evellere statuta maiora; idecirco utile videtur, ut diligent sollicitudine, ne id proveniat, quantum possibile est, provideatur. Quedam nobilis matrona Lucia nomine igne divini timoris et amoris accensa et sanctę religionis quantulacunque opinione respersa et illecta venit ad locum nostrum, id est Helmwardensem ecclasię, in honore beatę Dei genitricis Marię sanctique Petri, principis apostolorum, specialiter dedicatam, expetens fraternitatis nostrę societatem et orationum nostrarum communionem. Igitur voti compos effecta rogatu filii sui Rothungi et consensu reliquorum filiorum Sigifrithi prepositi et Athelberti heredum scilicet suorum tradidit ecclesię nostrę in proprietatem villam, que dicitur Frithewarderoth cum ecclasia et tribus mancipiis Nanthelmo, Everhardo, Rothegeoro et cum omnibus utilitatibus ad eandem villam pertinentibus, receptis ab eadem ecclasia nostra XX marcis probati argenti. Preterea date sunt ei due prebende inter fratres et XX maldra et duo porci singulis annis quoad vixit. Huius traditionis testes sunt omnes fratres eiusdem eccliei, laici vero Heinricus, comes, advocatus eccliei nostre, filius Ottonis ducis, Gozmarus comes de Richenbach, Athelbertus de Scowenberg, Haoldus quidam nobilis de Everscutte. Ministeriales autem eccliei Bernardus de Kalden, Elvericus de Muthen; Heribertus de Wilmeressen. De Helmwardeshusen vero Reinherus Escelinus, Athelradus, Reinwardus et alii multi. Hęc traditio facta est anno dominice incarnationis mill. LXXX.VIII, indictione XII.

Sed quia eadem villa infra terminos Mogontinę dioceseos sita est, non otiosum visum est nobis, dominum Athelbertum Mogontinensis eccliei archiepiscopum adire atque eius auctoritatis confirmationem super eandem traditionem expetere, quia fortassis auctoritas nostra videretur minus posse valere. Igitur adeuntes eudem archiepiscopum benigne ab eo suscepti sumus et data fandi copia omnem seriem huius negotii coram eo exposuimus humiliter deprecentes, ut eandem traditionem, que sine alicuius persone reclamatione facta est, auctoritate sua confirmare dignaretur. Qui precibus nostris paterna pietate annuens tam banno beati Petri, principis apostolorum, quam sue auctoritatis vinculo eandem traditionem confirmavit, ut nulla deinceps persona cuiuscunq; dignitatis vel ordinis eam presumat rescindere. Quod si quis

<sup>1)</sup> Verlegt. Es stand nur der Anfangsbuchstabe des Namens (T.). Der damalige Abt war Thietmar.

<sup>2)</sup> Verlegt.

<sup>3)</sup> Zu ergänzen.

aliquando, quod absit, irritum facere temptaverit, anathematis vinculo se innovatum et a beato Petro, quem offendit, eternaliter se neverit esse dampnandum. Hanc autem paginam pro testimonio conscribi fecimus, ut posteros nostros non lateat, qualiter idem premium in ius et dominationem ecclesie nostrae pervenerit.

Orig. Siegel, Bild 5 cm im Durchmesser, aufgedrückt. Die Umschrift ist wohl als T. Herevardeshusensis abbas aufzulösen.

Druck nach Overham, Collectanea (Landeshauptarchiv Wolfenbüttel) V, 210 und Orig. bei J. Pfaff a. a. D. S. 159 f. Regest Wilmans, Addit. W. II.-B. Nr. 23, S. 26 nach den Libri Variorum Ms. I 242 b S. 45 Nr. 7. Wend, Hessische Landesgesch. II II.-B. Nr. 51, S. 64, n 29.

1097 Juli 26.

[10]

König Heinrich IV. bestätigt den Vertrag, wodurch Kunihild, die Mutter Reinoldi (von Dassel) dem Kloster Helmarshausen ein Gut in Obermeiser übertragen hatte.

(C.) X In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum rex. X Quoniam nos rex regum et dominus dominantium honoribus romani imperii sublimavit et defensorem ecclesiae sua dispensatione constituit, fructuosum nostrae saluti non dubitamus, si donationem fideliū mobilium rerum vel immobilium, quae ecclesiae Dei offeruntur, nostrae auctoritatis privilegiis robore studuerimus. Quapropter neverint omnes christianę fidei cultores tam futuri quam presentes, quod quedam nobilis matrona Cunihildis nomine cum consensu heredis scilicet filii sui Reinoldi contulit ecclesię beati Petri, quę est in Helmwardeshuson, premium suum in villa, quę vocatur Suthmeshere, pro remedio tam sue animę quam omnium progenitorum suorum et succendentium cognatorum: VIIIID videlicet mansos et I molendinum cum tribus mancipiis Gisone et Hagard, Thietlevo, colonis ipsius predii.

Testatus est autem memoratus R. XXXVI marcas ab eadem ecclesia se accepisse pro ipso predio ad profecionem Jerosolimorum, quę facta est in diebus nostris duce quodam Godefrido. Et ut hęc traditio firma sit et rata et a nullo succedentium possit infringi, precibus abbatis predicti monasterii Thietmari et sepelicti Reinoldi hanc paginam manu propria roborantes conscribi fecimus et impressione nostri sigilli insigniri iussimus, presentibus principibus regni Udone Hild. episcopo, Heinrico Patherbrunn. episcopo, Volcmaro Mindensi episcopo; Thiederico comite de Catelenburg, Heinrico comite de Reinehuson; Counrado de Biun, Voleoldo de Malesburg, Helmoldo de Hukilheim et aliis quam multis coram astantibus.

X Signum domini Heinrici quarti regis Romanorum invictissimi. X (M.)  
X Sigehardus cancellarius vice Maguntini archiepiscopi Rothardi archicancellarii recognovit. X

Data VII kal. Aug. Anno dominę incarnationis mill. nonagesimo VII. Indictione V. Anno vero XLI. Heinrici regis IIII ti. Imperii autem tertio decimo Actum Grōne feliciter in XPYCQ. Amen.

Orig. (?) — Von dem aufgedruckten Siegel ist nur ein Rest vorhanden, auf dem der untere Teil der Königssigur und die Buchstaben O M A N O erkennbar sind.

Das Siegel war befestigt auf den Enden der Bergamentstreifen, die durch die Urkunde, auf deren Rücken sie sich freuzten, hindurchgezogen waren.

Auf der Rückseite: Privilegium Henrici quinti (!) Romanorum regis. Octava bulla. De Suthmeshere.

Druck Schaten I. ad ann. ohne die Schlussformeln; Stumpf, Reichskanzler Nr. 2938 und Acta Imperii Nr. 80, S. 88 nach einer Abschrift Falkes im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Kopialbuch I, 443) und als sehr verdächtig bezeichnet. Weitere Drucke gab W. C. Giefers in dem Schriftchen: Zur Ehrenrettung des Jesuiten N. Schaten, S. 42 und Zeitschr. 38II (1880), S. 205 f. Hier erklärte er die Urk. für unecht. Philippi brachte einen Neudruck (K.-II. II, Nr. 211, S. 276 f.), hat aber diese Vorlage nicht einsehen können. Sie hat benutzt Pfaff,

Helmarshausen, S. 175. Druck das. mit Varianten; auch Pfaff ist die Anwendung der griechischen Buchstaben in der Schlußformel entgangen. Er führt, wie Philippi schon angedeutet hatte, aus, daß die Urk. aus einer Privaturlunde unter Benutzung von Vorlagen Heinrichs IV. und V. angefertigt ist. Somit ist die Fälschung erwiesen.

1100 August 15 [XVIII kl. Septembbris].

[11]

Bischof Heinrich II. von Paderborn macht dem Kloster Helmarshausen Schenkungen als Entgelt für ein goldenes Kreuz und einen kunstvoll gearbeiteten Schrein, die er von dem Kloster empfangen hatte.

Orig.

Druck mit einigen Fehlern Schaten I. ad ann. Regest W. II.-B. I, Reg. Nr. 1291, S. 212. Wend., Hess. Landesgesch. II, Urk. S. 53. Vergl. Pfaff, Helmarshausen S. 22, 144. — Nach dem Orig. gedruckt von Alois Zuchs, die Tragaltäre des Rogerus in Paderborn, Paderborn 1916, S. 157 f.; eine Facsimile das. Anh.

1101 (?). Grona.

[12]

Adelbert, Erzbischof von Mainz, bestätigt einen Kaufvertrag, wonach Graf Dede von Zingenberch gegen 8 Mark Silber dem Kloster Helmarshausen Güter in Göttingen überträgt.

(C.)  $\times$  In nomine sancte et individuae Trinitatis. Adelbertus Mogontine sedis archiepiscopus.  $\times$  Quoniam universis ecclesiis et monasteriis in nostro archiepiscopatu constitutis debito karitatis affectu, quantum possumus, consulere et providere tenemur et eorum iustis et honestis precibus non contraire, pro devota petione dilectorum in Christo filiorum Thettmari abbatis et fratrum Helmwardensis cenobii sub impressione sigilli nostri scripto commendari iussimus, qualiter fidelis amicus noster comes Dede de Zingenberch et uxor eius Helmburga nomine sue proprietatis unum mansum in Guthingen ab eisdem quondam prefato cenobio pro octo marcis argenti temporibus predicti abbatis impignoratum, tandem acceptis rursus aliis octo marcis argenti ab illo abate et monasterio consentientibus heredibus eorum Hermanno videlicet ac Siegebodone iam sepe dicto cenobio Helwardeshusen scilicet in proprietatem tradiderunt in kastello, quod dicitur Buregrona, comite Hermanno ibidem in comitali iudicio presidente et vendicionem sive tradicionem istam regio banno sententialiter confirmante. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>, Indictione VIII; Presentibus comite Burchardo de Insula, Bertholdo milite de Wiebke, Ymicone de Ballenhusen, Ordimaro de Bodenhusen, Thitdymo de Hollenstide, Hermanno et aliis multis. In quorum etiam presentia in eodem loco et in eodem die factum illud banno beati Petri, principis apostolorum, et nostro indissolubiliter ligavimus, ita ut nulla persona traditionem istam rationabilem in futuro irritare presumat, sciens se, si hoc attemptaverit, eternaliter igne inextinguibili cruciandam.

Orig. Siegel ab.

Druck nach einer Abschrift bei Strunk, Not. crit. ad Schaten W. II.-B. I, Cod. Nr. 172, S. 134 f.; (vergl. das. Reg. Nr. 1302, S. 213) mit einigen Un- genauigkeiten und ohne die Zeugen. Diese bei Pfaff S. 13 (nach Overham); das. zur Datierung.

Die Indiction VIII ist unrichtig, muß IX sein.

1107 Juli 26. Goslar.

[13]

König Heinrich V. bestätigt dem Kloster Helmarshausen seine Besitzungen, Rechte und die Immunität.

(C.)  $\times$  In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina fa- vente clementia quintus Romanorum rex.  $\times$  Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos causa Dei et pro felici stabilitate regni nostri et ob eternum remedium anime

nostrę nostrorumque parentum, immo et pro dilectione clavigeri regni cęlorum et etiam digno interventu et humili petizione nostrorum dilectorum principum Otthonis videlicet Babenbergensis episcopi, Burchardi Monasteriensis episcopi, Udonis venerabilis Hildenesheimensis ecclesię pontificis, Liudigeri ducis, Herimanni comitis et aliorum multorum nostrorum fidelium ecclesię Dei in honore beati Petri principis apostolorum constructę in loco, qui dicitur Helmwardeshuson, omnia bona, tam prędia quam cetera acquisita nostrorum antecessorum regum vel imperatorum temporibus nostrique tempore successorumque nostrorum, quamdiu durabit seculum, adquirenda sibi sive per precariam sive per emptionem sive per oblationem vel quolibet alio rationabili modo per hanc preceptalem paginam concessimus ac iure perpetuo possidenda regia maturitate firmavimus. Deditus quoque preceptum stabiliter regio more, ut nulla deinceps persona, magna vel parva, cuiuscunq; sit ordinis vel officii, audeat modo dictam ecclesiam aliqua arte molestare vel inquietare vel tributum inde vel aliquod regale servitium exigere, sed per omnia et in omnibus ex regali concessionē utatur perpetua libertate. Ut autem huius nostrę pietatis concessio ab omnibus credatur et stabilis et inconvulsa omni evo permaneat, hanc inde cartam conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus.

× Signum domini Heinrici quinti regis Romanorum invictissimi × (M).  
× Albertus cancellarius vice Maguntini archiepiscopi Rotardi archicancellarii recognovit. ×

Data VII. Kal. Augusti Indictione XIIII. anno ab incarnatione Domini Millo. C. VII, regnante Heinrico V. rege Romanorum anno III., ordinationis eius VIII. Actum est Goslarie feliciter in Christo. Amen.

Orig. Siegel ab. (Einschnitte von ungleicher Länge). Auf der Rückseite Heinrici V. de libertate loci. Nona bulla.

Druß Schaten I, ad ann. Wilmons-Philippi. Kaiserurkunden II, Nr. 212, S. 279 f. Ebenso Wend. Hess. Landesgesch. II, II.-B. 46, S. 56. W. II.-B. II, Reg. 1351, S. 217 f. Böhmer Reg. Nr. 1981. Stumpf Nr. 3017. Die Indiction ist XV.

1108 September 17.

[14]

Bischof Heinrich II von Paderborn schenkt dem Kloster Helmstatthausen Güter in Wülfingen (Ar. Hofgesammar).

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Heinricus ipsa propiciante sanctę Patherbrunnensis ecclesię episcopus. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus cunctis ecclesię Christique fidelibus, nos penitentia peccatorum nostrorum necon et spe futurę retributionis ductos sanctę, quę in Helmwardeshuson est, ecclesię, in honore domini salvatoris necon et beatissimi apostolorum principis Petri constructę, nobis commisę, quiequid proprietatis ecclesia nostra possederat in villa Wilmeressen nuncupata, rogatu precipue Ottonis comitis, qui dicebatur debilis, atque consensu cleri sanctę Patherbrunnensis ecclesię contulisse et iure perpetuo cum omnibus appenditiis, id est agris cultis et incolitis, pratis, paschuis, aquis aquarumve decursibus, punctionibus, silvis et cunctis redditibus in proprietatem ad usum Deo illic servientium tradidisse, legasse, concessisse pro salute corporis et anime nostrę et memoria antecessoris nostri Popponis episcopi atque felicis memorie Immadi episcopi et omnium predecessorum nostrorum. Huius rei sunt testes Erpo comes, Elverus, Manegoldus, Hildiboldus, Echbertus, Hugo, Liuppoldus, Waltherus et alii quam plures. Ut igitur hęc firma illi ecclesię defunctisque prenotatis permaneant, hęc describi iussimus et sigilli nostri impressione signavimus, banno quoque domini nostri Jhesu Christi et beatissimi apostolorum principis Petri nostraque, quam a Deo accepimus, ligandi atque solvendi auctoritate firmavimus et firmamus. Si quis autem hęc infringere vel destruere presumpserit, sese cum omnibus sibi cooperantibus anathemate perpetuo ab eo, quem offendit, beato Petro dampnatum noverit.

Data XV. Kal. Octobris, anno dominice incarnationis millesimo centesimo VIII. indictione I., ordinationis vero Heinrici episcopi anno XXIIII.

Orig. Siegel beschädigt. — Die Zeugen sind mit anderer Tinte später geschrieben. Eine durch den Paderborner Kleriker Tielemannus Notes beglaubigte Abchrift des 16. Jahrhunders liegt bei.

Druck Schaten ad ann. Bergl. W. II.-B. I Reg.-Nr. 1357. Wend. Hess. Landesg. II Nr. 51, S. 72. Pfaff, Helmmarshausen, S. 155.

1120 November 18 [XIII Cal. Decembris].

[15]

Der Paderborner Bischof Henricus befundet, wie die Kirche zu Uteln in den Besitz des Klosters Abdinghof gekommen ist, indem Abt Hamack (!) sie kaufte von dem Grafen Bernardus de Malsburg.

Abchrift des 18. Jahrh.

Druck: W. II.-B. I Reg.-Nr. 1482, S. 332. Cod. Nr. 194, S. 151. Schaten ad ann. 1120. Zur Beurteilung R. Wilmans, Die Urkundenfälschungen des Klosters Abdinghof und die Vita Meinwerci. Bischr. 34 (1876), S. 18.

1126.

[16]

Bischof Heinrich von Paderborn schenkt der Kirche auf dem Helmmarshäuser Berge, die er für das zu einer Pilgerreise nach Jerusalem bestimmte Geld erbaut hat, Güter.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Patherbrunnensis episcopus. Quia Domini favente misericordia sublimati sumus in pontificali sede Patherbrunnensis ecclesie, dignum est, per omnia non obliuisci eius beneficia. Sed quid dignum poterit paupertas humana fragilitatis retribuere immense bonitati eius et clementi? Ipse namque gratis omnia, nec quicquam habet homo, nisi ab eo accipiat. At nos in multis excedentes clementiam eius graviter offendimus nec ei dignas gratiarum actiones pro gratuitis donis eius rependimus. Quod igitur restat miseris solatum nisi unicum per humilitatem et penitentiam ad ipsum configuum? Nam spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum gratum est illi sacrificium. Quocirca dicente propheta: „Redite prevaricatores ad cor“, post multas negligentias tandem in me reversus et corde compunctus pro minuendis excessibus meis votivum concepi desiderium Hierosolimam petere ac sacrosancta loca nativitatis Christi, passionis et resurrectionis atque ascensionis eius cum lacrimis et orationibus invisere ac frequentare. Quod cum spiritualibus et sapientibus viris communicasse, concorditer responderunt utilius hisdem impensis, quas huic profectio paraveram, oratorium construere in honore alicuius sancti, quem patronum ac defensorem in die tribulationis et angustie invenire valerem. Itaque deliberato consilio feci ecclesiam in honore sancti Johannis Baptiste in monte, qui inminet Helmwardensi cenobio et eius ditioni subiacet. Accidit interea quendam ministerialem nostrum Rothulfum nomine, qui habitabat in villa Thietmaessen dicta, impugnare ac devastare dominam suam matrem ecclesiam. Unde sepius ad iudicium et ad satisfactionem pro tanta presumptione vocatus cum contempneret venire, beneficium, quod in prefata villa possidebat, aliorum sententia ministerialium est illi abiudicatum et ditioni nostrae iure legitimo, quia heredem non habuit, vendicatum. Cumque in impietatis pertinacia perseveraret, excommunicatus et mucrone anathematis ab ecclesie corpore precisus est et in eadem excommunicatione occisus interiit. His ita gestis consummata est fabrica basilice, quam prediximus, in monte memorato et consecrata in honore sancti Johannis Baptiste a venerabili Siwardo Mindensi episcopo anno dominice incarnationis millesimo centesimo XXVI, indictione IIII<sup>a</sup>. Igitur notum sit universitati fidelium Christi, tam presentium quam futurorum, nos cum consensu et favore fidelium nostrorum pro remedio anime nostre proque statu et conservatione totius Patherbrunnensis ecclesie, predium in villa prefata Thietmaessen, quod fuerat beneficium predicti Rothulfi, sine alicuius personae reclamatione tradidisse, legasse ac concessisse sancto Johanni Baptiste in prescripta basilica die consecrationis eius in dotem ipsius ecclesie, duos videlicet mansos cum quatuor mancipiis: Bertoldo scilicet cum uxore et duabus filiis Welerico et Sifrido cum omnibus adiacentibus utilitatibus. Preterea tradidimus eidem ecclesie duos mansos et dimidium cum decimatione et

quatuor areas in Horhuson, qui persolvunt XIII solidos. Item novem mansos in Helmdagessen cum tribus manciis: Hamukone et duabus sororibus eius. Et ut hec nostra traditio rata iugiter et inconclusa permaneat, paginam hanc inscribi fecimus, quam sigillo nostrę auctoritatis signavimus et banno domini nostri Jhesu Christi sanctique Petri principis apostolorum et nostro ac prefaeti domini Siwardi episcopi, qui basilicam dedicaverat, roboramus, ne quis deinceps hanc oblationem nostram, quam legitimus ordo tradendi commendat, temerare vel rescindere presumat. Quod si quis ausu temerario, quod absit, presumpserit, tam ipse, quam omnes sibi consentientes a iusto iudice Christo, quem in sanctis suis contempnunt et offendunt, se dampnandos esse noverint et portionem accepturos cum demonibus in concrematione ignis et sulphuris, ubi vermis lacerans non morietur et ignis sine consumptione devorans non extinguetur. Huius nostrę traditionis testes sunt: dominus Siwardus episcopus, Wino prepositus maioris ecclesie, Bernhardus decanus, Conradus prepositus sancti Andreæ, Reinbertus, Rantwicus et alii plures. Reinaldus abbas cum omni conventu fratrum suorum. Laici vero Sigifridus comes et advocatus eiusdem ecclesie, qui et suscepit in advocationem, Conradus comes de Eversten, Reinoldus de Dassele, Conradus de Eversute, Liudoldus de Osdagessen. Bertoldus et Conradus frater eius de Culitte et alii multi.

Orig. Siegelsrest.

Druck im Auszug Wilman's, Additamenta W. II.-B. Nr. 34, S. 35 aus den Libri Variorum Ms. I. 242a, S. 32. Vergl. Pfaff, Helmarshausen, S. 27, 151.

1139 September 3. Heiligenstadt.

[17]

Erzbischof Athelbert II. von Mainz überträgt dem Abte Thetmar von Helmarshausen verschiedene Gehalten.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Athelbertus, secundus huius nominis, ipsa propiciante Moguntine sedis archiepiscopus. Notum esse volamus omnibus tam futuris quam presentibus ecclesie Christique fidelibus, qualiter amore Dei et remedio anime nostre ad petitionem Thetmari religiosi Helwardicensis abbatis decimam omnium mobilium curtis in Amelgottessen et unius mansi eidem curie pertinentis prefate ecclesie, dum in nostra libera eam haberemus potestate, contulimus receptis in concambio ab ipsa ecclesia quibusdam agris in Ungerethe, quos Conradus comes de Eversten in beneficio de manu nostra tenere conprobatur. Ut igitur hec donatio perpetuo firma permaneat, hanc paginam conscribi iussimus et sigilli nostri impressione signavimus nostraque, quam accepimus (ligandi) solvendique auctoritate prefato cenobio confirmavimus. Lüde (Cuius confirmatio)nis testes aderant: Prepositus de Heligenstat Godescaldus, Sifrithus comes, Herimannus comes, Conradus comes, Imico comes, Ernost comes, Lampertus, Dudo, Giverhardus. Sigebodo, Ropertus, Lampertus vicedominus, Conradus, Athelbertus, Hawardus et alii quam plurimi.

Data III Non. Sept. anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>.C.XXX.VIII, Indictione II, anno vero domini Conradi regis I<sup>o</sup>. Actum Heligenstat. Amen.

Auf der Rückseite: Privilegium domini Adelberti archiepiscopi Mogentinensis de decima curtis omnium mobilium in Amelgodessen prope Grevensteyn.

Orig. beschädigt. Siegel ab.

Siegelsrest Wilman's, Additamenta W. II.-B. Nr. 42, S. 40; hier jedoch ind. I, anno domini Conradi secundo. W. bemerkt dazu: Dies ist in der Handschrift verschrieben 20, was aus 2° entstanden ist. Die Indiction II der Urk. ist richtig, jedoch war das Regierungsjahr Konrads nicht I., sondern II. Der Schreiber scheint es verändert zu haben. — Vergl. Pfaff, Helmarshausen, S. 122 f. Wenck, Hess. Landesg. II. II.-B. Nr. 51, S. 65, n. 49.

(1139.)

[18]

Papst Innocenz II. bestätigt dem Stifte Neuenheerse die Privilegien und gewährt ihm freie Abtissinnenwahl.

Regest im Ms. der Bis. des Bischofs Theodor Adolph im Archiv. des Domkämmerers fol. 46 v.  
Bergl. W. II.-B. V, Nr. 48, S. 16 f.

1147 Mai 26. Bremen.

[19]

Erzbischof Adalbero von Bremen bestätigt dem Kloster Helmarshausen eine Haußstätte in Bremen, die sein Vorgänger Niemar dem Kloster gelehnt hatte.

Notum sit cunctis Christi fidelibus presentibus et futuris, quomodo Liemarus sancte Bremensis ecclesiæ archiepiscopus aream in eadem civitate sitam ecclesiæ beati Petri in Helmwardeshuson in perpetuum possidendum tradiderit tum pro remedio anime sue tum pro eiusdem fratris Fritherici nomine scribendi labore. Cuius rei ego Adelbero eiusdem venerabilis viri tunc temporis canonicus, postea autem et eiusdem loci episcopus testis existo et hoc renovans et confirmans, ne quid in posterum contradictionis vel impedimenti surrepat, sigilli mei impressione consigno. Hęc autem acta sunt in Brema VII. Kal. Junii, anno incarnationis dominice M.CXLVII. indictione X; assistente abate sancti Pauli Bertoldo, priore eiusdem loci Wlfhelmo, Godescalco, Elverico canonicis.

Orig. Siegel ab.

Auf der Rückseite: De area in Bremis, dedit episcopus. Regest Wilmans, Additamenta W. II.-B. Nr. 46, S. 46 nach den Libri Variorum Ms. I. 242b, S. 46. Nach dem Orig. Pfaff, Helmarshausen, S. 161.

1148 März 30. Reims.

[20]

Papst Eugen III. nimmt auf Bitten des Abtes Konrad und einiger Bischöfe das Kloster Helmarshausen in seinen Schutz und bestätigt die Besitzungen des Klosters.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilectis dilectoribus verę fidei benedictionem et misericordiam a Deo salutari suo. Sicut dignum et iustum est, nos pro statu temporalium et spe futurorum universitatı fidelium apostolica auctoritate prospicere, sic etiam per amplius et perfectius est, equum et salutare votis humilium et precibus mansuetorum aures benignitatis nostrę accommodare. Ea propter significavimus tam presenti ecclesiæ, quam generationi venturę, quod presidentibus nobis in generali Remensi concilio et quę ad pacem sunt ecclesiarum disponentibus abbatem venerabilem Helmwardensis cenobii Conradum nomine ad nos reverenda cum devotione accessisse ac de statu, iure seu libertate sue ecclesiæ pauca pro tempore nobis intimasse, ut que super his predecessorum nostrorum decretis privilegi nostri auctoritate subscriberemus, pia importunitate postulasse. Qua de re habita deliberatione tum sedis apostolice conventi larga liberalitate, tum etiam episcoporum nostrorum provocati benigna interventione Heinrici scilicet Mogontiensis, Thehardi Bremensis, Bernhardi Hildenesch (emensis), item Bernhardi Patherb(runnensis) et Wibaldi Stabulensis monasterii prelati iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sub beati Petri ac nostra protectione ex hoc nunc et usque in seculum suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes igitur decernimus, ut nulli omnino hominum cuiuscunquam ordinis sit seu dignitatis, licet iam dictam ecclesiam temere perturbare, possessiones auferre vel ablatas retinere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed quascunque possessiones, quecumque bona tam in honoribus quam in redditibus seu aliis in presentiarum iuste et canonice possidet vel in futurum concessionem pontificum, largitione regum, oblatione fidelium potuerit, Deo propicio ad . . . et illibata Deo inibi militantibus ac regulariter viventibus permaneant. Habeant etiam fratres liberam facultatem abbatem eligendi, advocationem utilem rebus . . . di. Idem etiam monasterium secundum statutum pontificum Romanę libertatis . . . ri scilicet ac Benedicti ab omni ditione episcopi, in cuius parochia . . . sacros ordines duntaxat vel consecrationis benigne . . . entibus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve potentia contra h[anc] . . . paginam venire temptaverit, ream se divino iudicio

existere deper . . . culpa recognoscatur et nisi satisfactione resipiscatur, vinculo anathema . . . mine districto ultioni subiaceat. Qui vero huius nostri privilegii custos et observator existiterit, a secunda morte non ledetur sed perpetua benedictione [et gratiarum] actione cum Deo et agno in Jherusalem superna perfruetur. Amen. Data Remis per manus Guidonis sancte Romanae ecclesie diaconi cardinalis cancellarii, III. Kalendas Aprilis, indictione XI<sup>a</sup>.

Orig. Bleibulle an weißseidenen Schnüren.

Auf der Rückseite: Eugenii pape privilegium de exemptione ex hoc nunc et usque in seculum; tertia bulla.

Durch Mäuse zerfressen. Druck Schaten I ad ann. lässt erkennen, daß auch ihm bereits die so beschädigte Urkunde vorgelegen hat.

Regest W. II.-B. V. Nr. 67, S. 25. Jaffé-Löwenfeld Nr. 9209 (6399). — Erwähnt Wend, Hess. Landesg. II. II.-B. Nr. 87, S. 121, Unn. Jaffé: Moguntinensis (Mindensis?) Thehardi Bremensis. Fünfe Aremensis. Erwähnt bei Overham, Vita b. Meinwerci 363. Vergl. Pfaff, Helmarshausen S. 30.

1157 März 28.

[21]

Bischof Bernhard I. von Paderborn schenkt dem Kloster Helmarshausen 1½ Mansen in Haldiggen (K. Hofgeismar) und Neubruchzehnten.

B. Dei gratia Patherbrunnensis episcopus omnibus fidelibus Christi tam presentibus quam futuris. Quoniam benignus dominus, qui abundantia pietatis suæ et merita supplicum exceedere novit et vota, de pulvere humilitatis nos suscitare dignatus est et erigere, ut collocaret cum principibus populi sui super solium pontificalis gloriæ, dignum est nos beneficiorum eius per omnia non inmemores existere. Sed quia gratuitæ largitati eius ex equo respondere non possumus, conveniens est, quod sanctis eius aliquod nostræ devotionis obsequium offeramus, ut quia reverentia et honor ipsis impensus in eum, propter quem impenditur recurrit, eorum patrocinio veniam excessuum nostrorum impetremus, quam nostris meritis obtinere diffidimus. Placuit ergo nobis ecclesiæ beatæ Dei genitricis Mariæ sanctique Petri apostolorum principis in Helmwardeshuson mansum et dimidium in villa Haldiggen dicta cum duabus areis et omnibus utilitatibus ad eas pertinentibus ad usus fratrum in prefata ecclesia Deo servientium cum consilio fidelium nostrorum tradere consentiente pariter et rogante Johanne, qui eas in beneficio a nobis acceperat. Volumus autem et in verbo Dei decernimus, idem preedium, cum primum absolutum fuerit a Johanne, in prebendam fratrum pro remedio animæ nostræ permanere, atque aliquem laicorum eo inbeneficiari prohibemus anathematis immissione. Preterea tradimus eidem ecclesiæ decimas novalium, quæcumque patres eiusdem loci potuerint elaborare. Ut autem hæc traditio nostra, quæ sine alicuius personæ reclamatione facta est, rata permaneat, impressione sigilli nostri et banni nostri obtestatione roboramus, ut cum demonibus portio eius sit, si quis eam forte, quod absit, temerare vel infringere presumserit. Huius traditionis testes sunt canonici maiores ecclesiæ Bernhardus prepositus, Almarus decanus, Thietmarus, Ecbertus, Reinbertus prepositus, Sigifridus et alii plures. Laici vero Boimundus, Liudoldus, Heinricus, Helmwigus et alii multi.

Data V. Kal. Aprilis anno dominice incarnationis M.C.L.VII, indictione V.  
Orig. Siegel ab.

Auf dem Rücken: De duobus mansis in Haldiggen et de decimis omnium novalium. XIII.

Druck Schaten ad ann. 1158. Vergl. Pfaff, Helmarshausen, S. 31.

1162. Rüsteberg.

[22]

Der erwählte Erzbischof Conrad von Mainz überläßt durch Tausch dem Kloster Helmarshausen einen Zehnten in Wedifessen.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus ipsa propiciante Mogontinae sedis electus archiepiscopus. Notum esse volumus omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Conradus electus archiepiscopus Mo-

gontinę sedis tradidi Helmwardensi ecclesię decimam in Weddikisson ex petitione Adelberti comitis dilecti nobis et fidelis, cuius beneficium erat, accepto ab eo in concambio predio quodam in Ungerethe, quod persolvit X solidos. Ut autem traditio hęc in perpetuum inconvulsa permaneat, hęc describi iussimus et impressione sigilli nostri signavimus nostraque auctoritate firmavimus et firmamus. Cui rei testes aderant: Godescalcus prepositus de Northu[son], Conradus prepositus de sancto Gangulfo, Robertus, Gernod, Gerbodo, Marchward; laici vero Adelbertus comes, Heithenricus vicedomnus, Hardwigus, Othelricus et alii multi castellani. Hęc traditio facta est anno dominice [incarnationis M.C.LXII] indictione X. Porro hęc acta sunt in castello Rustiberch feliciter regnante Fritherico Romanorum imperatore augusto anno imperii eius (fehlt!).

Orig. Siegelrest. — Auf der Rückseite: De decima Wedekessen. XLVII. Ungenauer Druck Stumpf, Acta Moguntina saec. XII. Innsbruck 1863, Nr. 77, S. 80 nach Overham, Collect. V. Regierungsjahr des Kaisers Friedrich ist auch im Original nicht angegeben. Vergl. Pfaff, Helmarshausen, S. 152 f.

1165 August 16.

[23]

Bischof Evergis von Paderborn überträgt dem Kloster Helmarshausen den Neubruchzehnten in Mülzen (bei Helmarshausen) gegen Zahlung von 7 Mark Silber.

Orig. Siegel ab. Druck nach einer Abschrift von Strund, Notae criticae ad Schaten W. II.-B. II. Cod. Nr. CCCXXXII, S. 101 f. (Reg. Nr. 1904). Jedoch ist zu lesen: Igitur noverit universitas . . . quia decessor . . . tum in edificandis ecclesiis, tum et ab aliis conditis . . . invigilavit . . . negavit. Der Schluss lautet: Si quis autem hanc donationem infringere vel destruere presumpserit, sese cum omnibus sibi cooperantibus anathemate perpetuo a beato Petro, quem offendit, dampnandum noverit. Huius traditionis testes sunt canonici Maioris ecclesie Almarus decanus, Thiemarus, Ekbertus, Uffo, Conradus Heribertus, Godescalcus, Bernhardus, Manegoldus, Altman, Reinherus; laici vero Kraht, Boemundus, Helmwigus, Herimannus, Hartmannus, Athalradus, Bertoldus, Johan, Herimannus, Thietmarus, et alii multi. Pro hac traditione reconspensavimus VII marcas probati argenti, quas a prefata ecclesia accepimus. Data XVI. Kal. Septembris. Anno dominice incarnationis M.C.L.XV. indict. XIII. Vergl. Pfaff, Helmarshausen, S. 144.

Rückseite: De decima in Mullersen ab Evergiso episcopo Paderbornensi tradita 35a.

1170.

[24]

Abt Conrad von Helmarshausen beurkundet, daß sein Kloster verschiedene Güter erworben hat, weil sich deren Inhaber dem Kloster als Hörige ergeben haben.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ipsius favente clementia Conradus Helmwardensis ecclesię humilis dispensator. Quoniam adhortante nos apostolo bonum ad omnes operari debemus, iustum ac pium esse credimus, ut his maxime, qui ad nos spe consolationis et solatii configiunt, nostrę auctoritatis munimine non solum in presenti sed etiam in futurum, quantum in nobis est, in omnibus prospiciamus. Igitur nota esse volumus tam presenti quam futurę generationi, que subiecta sunt. Quidam ministerialis ecclesię Marquardus nomine habitans in villa Winithe dicta iuxta Leinam fluvium quędam predia a nobis suscepérat, unde annuos reditus persolvebat. Qui desiderans res suas augmentari quandam liberam fēminam, cui nomen erat Isendrud sortitus est in matrimonium. Hęc quinque mansos cum quattuor areis et molendinum in prescripta villa possidebat et mansum unum in campis Gutingen cum molendino super rivum predictum Leinam: Winither mole dicta<sup>1)</sup>, que sibi hereditario iure obvenerant, porro antecessores eius duos ex his pro pignore dederant ecclesię acceptis viginti quattuor marcis examinati argenti. Inter hęc ego cupiens utilitati et quieti commissi mihi loci pro

<sup>1)</sup> Ist zwischen die Zeilen geschrieben.

viribus in omnibus prospicere, multa industria et studio elaboravi, ut eadem femina cum octo liberis suis, quorum tres sunt mares et quinque, feminę omnię possessione sua nostrę se trad[eret ecclesię]. Itaque veniens ad placitum, cui presidebat Bertoldus de Wolberneshusun, vicarius domini ducis Heinrici cum permissione ac favore ipsius, in cuius comitatu eadem possessio sita est, et cum consensu mundiburdi sui Liudolfi de Sulthem et cum consensu heredum suorum videlicet Ecberti, Heinrici, Bernhardi de Wichardeshusen, Thancerti de Hollenstide eandem traditionem confirmavit secundum iusticiam regionis illius et secundum iudicium liberorum multorum. His ita gestis iudex prefatus Bertoldus precepit Eiconi, preconi, qui vulgo dicitur Vrano, ut secundum consuetudinem introductum prefata possessione me investiret. Qui preceptis obediens introduxit me cum multis nobilibus et liberis, qui appellantur skipenen et posita sella quesivit, quo ordine me secundum iusticiam investire deberet. Deinde novies regali banno beato Petro eam nobisque confirmavit, et sic triduana sessione, sicut moris est, cum sanctorum reliquiis dicioni nostrę dedicavimus. Hac igitur traditione facta et confirmata ipsa quoque cum liberis suis ecclesię nobisque fidem coram multis testibus fecit iure ministerialium et que tradiderat rursus a nobis in beneficio accepit tam sibi quam successoribus suis perpetuo conservanda, prout pater et mater inter eos distribuerent. Pro recompensatione vero huius traditionis dimidium mansum de duobus mansis, quos eccllesia pro pignore tenebat, sine precio ipsi reddidi. Preterea predia, que maritus eius prius tenebat, unde annuos reditus persolvit, eadem conditione cum beneficio, quod similiter haberat, pro debito servicio tam ei quam posteris eius concessimus. Hoc quoque placuit eis concedi, ut mansum et dimidium, qui remanent non redempti, cum potuerint, redimant, datis decem et octo marcis probati argenti, ea tamen ratione, ut proprio argento redimant et non alieno et hos quoque in beneficio habeant. Ut autem hęc omnia rata et inconvolsa permaneant, paginam hanc conscribi pro testimonio fecimus eamque impressione sigilli nostri roboravimus. Huius traditionis testes sunt Bertoldus de Wolberneshusun, Eico preco de Rariggen, Bernhardus de Plesse, Bodo de Bobentun et tres filii eius, Otto, Guntherus et Bodo; Thidericus et Bodo frater eius de Wicbike, Udo de Liudigessen, Otto de Hettikishusun, Thidericus de Winithe et frater eius Berteramus: Ministeriales vero Hartwigus de Rusteberch, Manegoldus de Rosthorp; ministeriales autem ecclesię nostrę Rothulfus, Bruno, Liutherus, Rotmundus, Heribordus, Herimannus, Fridelo et alii multi. Hoc vero privilegium dedimus eis cum consensu omnium fratrum nostrorum in presentia seniorum nostrorum, qui huius rei testes sunt: videlicet Rothardus decanus, Reinf(ridus) Giveno, Everus, Conradus, Hugo, Heinricus, Hildib(ertus) prepositus et alii plures. Hec vero acta sunt anno dominice incarnationis M.C.LXX. indictione tertia<sup>1)</sup>. Interlinearem vero additionem approbamus.

Orig. beschädigt. Siegel ab.

Regest W. II.-B. II. Reg. Nr. 1959, S. 49. Fehlerhafter Druck: Paul Wigand, Das Amtsgericht Westfalen, 1825, S. 223 f. Bergl. Pfarr. Helmarshausen, S. 32. Auszug bei Kindlinger, Münster. Beiträge III. 1, Nr. 22, S. 66.

Auf dem Rücken: In Wyntten predia prope Leynam et Wyntermolle XXVIII.

1170.

[25]

Erzbischof Philipp I. von Köln stiftet zu Bredelar ein Frauenkloster nach der Regel des hl. Augustinus.

Abschrift des 17. Jahrh. — Druck nach dem Orig. Seiber, II.-B. I, Nr. 60, S. 83 ff.

1171 März 3.

[26]

Bischof Evergis von Paderborn überträgt dem Abte Konrad von Helmarshausen verschiedene Neubruchzehnten.

<sup>1)</sup> Mit anderer Tinte nachgeschrieben.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Evergicus Dei gratia Patherbrunnensis episcopus. Quoniam humanæ conditionis incertus est status, dignum est ac necessarium, ut dum adhuc presto est facultas a Deo nobis tradita, operemus bonum, quod possumus, atque idoneos patronos nobis provideamus, qui post huius vite munia decursa recipient nos in eterna tabernacula. Igitur omnibus filiis ecclesiæ tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod divina inspirante clementia facere devrevimus. Conradus Helmwardensis abbas devotus nobis predia ecclesiæ sibi commissæ ampliare atque utilitatibus fratrum suorum Deo inibi famulantium pro viribus suis in omnibus desiderans providere, quedam loca inulta in vicino sibi posita multo labore atque industria renovare cepit et excolere. Quorum decime, quia nostri iuris fuerunt, adiit nos rogaturus, ut eas eidem ecclesiæ respectu divine remunerationis conferremus, affirmans beatæ memoriæ antecessorem nostrum dominum Bernhardum episcopum cum privilegio suo ecclesiæ sue concessisse decimas omnium novalium, quecumque patres eiusdem loci potuissent elaborare. Itaque nos considerantes, non ineptam esse aut inmoderatam petitionem eius communicato consilio cum fidelibus nostris desiderio eius satisfacere non abnuimus. He autem sunt decime, de quibus agitur: In Gatilevessen de paucis agris; in Hesbke de sex mansis; de novali [Rothingen?] ad Langedal et de novali iuxta villam Weleresen dictam, cuius villule decimam rogatu domini ducis Heinrici, qui eam in [beneficium a] nobis acceperat et ideo nobis resignavit, prefate iam tradidimus ecclesiæ. Igitur considerantes non multum nobis ex hoc [detrimenti], multum vero eidem loco provenire adiumenti pro remedio anime nostræ et omnium antecessorum nostrorum cum consensu et favoribus sacri capitulo Patherbrunnensis ecclesiæ aliorumque fidelium nostrorum ministerialium ecclesiæ nostræ prescriptas decimas legamus, concedimus et tradimus ecclesiæ beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ sanctique Petri principis apostolorum ad usus inibi commorantium servorum Dei perpetuo possidendas. Ut autem hec nostra traditio sine reclamatione alicuius personæ legitime facta inconculsa iugiter perseveret, paginam hanc pro testimonio conscribi et impressione sigilli nostri fecimus insigniri et banno beati Petri auctoritate quoque nostri banni roboravimus, et quod fecit antecessor noster, simul confirmavimus. Porro hec traditio facta est anno dominice incarnationis Mill. C. LX. VIII<sup>o</sup>. indictione I. Huius vero traditionis testes sunt hi: Canonici maioris ecclesiæ Alamarus decanus, Uffoh, Manegoldus, Altmannus, Bernhardus, Becelinus, Volbertus, Reinherus; Ministeriales Conradus, item Conradus, Herimannus, item Herimannus, Adelbertus, Hugo, item Hugo, Bertoldus, Adelradus, Conradus et alii multi. Data V. Non. Mar. regnante domino Fritherico imperatore anno imperii eius XVI.

Bon dem Siegel ist nur die schwere Wachsunterlage erhalten. — Rückschrift: De decimis novalium; de decimis in Langendal.

Regest Wilms, Additamenta W. II-B. Nr. 56, S. 50 aus den libri Variorum Ms. I. 242 b, S. 46. W. hat die Urk. eingereiht unter das Jahr 1168. Es ist jedoch von dem Factum der Tradition die Datierung zu unterscheiden. Das 16. Jahr der Regierung Friedrichs I. als Kaiser führt in das Jahr 1171. — Pfaff, Helmarshaujen, S. 161 f. ist W. gefolgt. Er hat für den Druck die Schreibung der Abschrift Overham (V, 213) beibehalten. Danach die Ergänzungen für die jetzt im Original beschädigten Stellen.

1190 Juli 14. Fulda.

[27]

König Heinrich VI. bestätigt dem Domstift zu Köln gewisse von der Abtei Brauweiler erworbene Güter zu Herthene und Hagen. Er behält

sich die Vogtei vor, für welche das Stift jährlich einen Pelz und zwei Stiefel zu liefern hat. Die Abgabe überträgt er dem Erzbischofe von Köln.

(C.)  $\times$  In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.  $\times$  In eminenti regie maiestatis throno constituti cum ecclesiarum et precipue earum, que in imperio nostro speciali gaudent prerogativa indemnitati prospicimus, indubitanter speramus, id ad felicem presentis vite statum et ad eterne retributionis premium nobis profuturum; noverit itaque fidelium imperii tam presens etas, quam successura posteritas, quod monasterium sancti Nicolai in Brunwilre quasdam obtinuit possessiones in villa, que dicitur Hertene secundum quod in privilegio a serenissimo patre nostro F. Romanorum imperatore augusto, illi monasterio indulto continetur. Siquidem Sophia et filius eius Amilius, ministeriales imperii, legitimo tradicionis ordine consentiente iam dicto patre nostro serenissimo duos mansos contulerunt ecclesie beati Nicolai Herebrandus Liornales, Nicolaus de Karpena mansum et dimidium et partem decime contulit, Oliva et filii eius Godefridus, Heinricus et Gerardus tres mansos in agris et silvis, partem etiam decime contulerunt monasterio predicto, Theodericus dedit partem decime, ita ut decima simul comprehensa quarta pars sit totius decime de parrochia. Obtinuit etiam dictum monasterium sextam partem de iusticia totius silve. Preterea possedit III mansos in loco, qui dicitur Hagen. Postmodum vero maior ecclesia beati Petri in Colonia universas possessiones, que suprascripte sunt, a monasterio beati Nicolai iusto emptionis titulo comparavit. Nos igitur hanc emptionem ratam habentes prenominatas possessiones majori ecclesie beati Petri in Colonia regia confirmamus auctoritate, advocatiam eorundem bonorum nobis et successoribus nostris imperatoribus seu regibus perpetuo retinentes. Predicta autem ecclesia beati Petri in Colonia ob reverentiam regie maiestatis et debite signum humilitatis de iure advocatione pellicium monachale et duos coturnos nobis et successoribus nostris annuatim persolvet. Hec autem pellicium videlicet et coturnos dilecto principi nostro Philippo Coloniensi archiepiscopo et successoribus eius in feodo concessimus, ut ipse et successores sui protectioni prescriptorum bonorum propensius intendant; nec liceat ei vel alicui successorum pellicium predictum seu coturnos per infeodationem seu per alium quemcumque modum a se alienare. Statuimus etiam et regia precipimus autoritate, ne archiepiscopus Coloniensis occasione commisso sibi protectionis manus extendat ad bona predicta ad dampnum ecclesie vel eorum, qui in bonis illis habitant et ne ipsam protectionem quocunque modo in alium possit transferre. Ut autem hec nostre celsitudinis concessio pariter et confirmatio rate, iugiter et involvante permaneant, presentem paginam conscribi et sigillo nostro iussimus communiri, statuentes et regio precipientes edicto, ut nulla omnino humili vel alta, ecclesiastica vel secularis persona hanc constitutionem nostram infringere audeat vel ei aliquando contraire. Quod qui fecerit C libras auri purissimi componat, quarum medietas, scilicet altera pars camere nostre, reliqua iniuriam passis assignetur. Huius rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Wichmannus Megdeburgensis archiepiscous, Otto Babenbergensis episcopus, Otto Spirensis (episcopus, Rudolfus Verdensis) episcopus, Cunradus abbas Fuldis, Sifridus abbas Hersfeldensis, Tirricus prepositus Traiectensis, Bruno prepositus ad gradus in Colonia, Gerardus prepositus in Wildeshausen, Ulricus, Al(bertus, Arnoldus) canonici sancti Petri in Colonia; Conradus Palatinus comes de Reno, Dedo marchio de Lusiz, Thomas comes Sabaudie, Bonefacius marchio Montis ferrati, Tirricus comes de Hostaden, comes Reinerus de Vroizbreit, comes

Heinricus de Huchingeswage, comes Boppo de Wertheim, Robertus de Durne, Hartmannus de Budingen, Cuno de Mincenberc et alii quam plures.  
 × Signum domini Heinrici sexti invictissimi Romanorum regis et semper augusti × (M).

Ego Ditherus cancellarius (vice domini Cunradi) Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>, indictione VIII. Regnante domino Heinrico sexto, gloriosissimo Romanorum rege augusto anno regni eius XXI<sup>o</sup>.

Datum apud Fuldam per manus magistri Heinrici, imperialis aule prothonotarii, pridie idus Julii.

Original an der linken Seite unten etwas beschädigt. Das Siegel, welches an violett-weißen Seidenfäden angehängt war, ab.

Auf der Rückseite: Nr. 59. Lit. D. De Herthene.

Druck: Böhmer, Acta imperii selecta Nr. 177, S. 162 f. nach einem Kopiaibuche saec. 14 zu Darmstadt. Stumpf Nr. 4656. Vergl. alles übrige: Regesten der Kölner Erzbischöfe II, Nr. 1355, S. 271.

1194.

[28]

Ein Priester schenkt der Kirche zu Hörtle Güter.

In dem Ms. der Visit. des Bischofs Theodor Adolph im Archidiakonatsbezirke des Dompropstes fol. 656 sq. findet sich die Notiz: Quoad Lubbesmeyer. Anno M.C.LXXXIV a quodam sacerdote data sunt ecclesiae Hörtanae bona quaedam in Mettinghausen, ut litterae Hörtenses reverendissimi capituli Paderbornensis sigillo munitae docent; haec bona Lubbesmeyer infallibiliter possidet. Specificatio autem illorum ignoratur. So ist aber ein Ort zwischen Mettinghausen und Dedinghausen daß „Nasse Meer“ genannt, besteht in heuwachs und slagholz sampt unterschiedlichen großen ins westen und norden umbstehenden eichbaumen und eßlichen beiliegenden eckern. Diese Sachen werden verisimiliter nach eßlicher Leut mutmaßung zum gemelten gut gehörig sein; von dem colono kan man keine rechte nachrichtung haben.“

Notiz bezieht sich auf die Schenkung, welche der Kanonikus des Busdorfstiftes in Paderborn Albertus für das ewige Licht in der Kirche zu Hörtle gemacht hatte. Urk. gedr. Schmitz-Kallenberg, Kreis Büren, S. 187.

[Um 1195—1214.]

[29]

Heinrich Herzog von Sachsen, Pfalzgraf bei Rhein, beauftragt zwei Lehnsleute mit dem Schutze gewisser Güter des Klosters Helmwardshausen. H. Dei gratia dux Saxonie comes Palatinus Rheni, dilectis suis Bernhardo de Plesse et M. de Gottingen salutem et omne bonum. Sciatis, quod abbas et conventus de Helmwardeshusen erga Alardum de Borchdorp quedam bona emerunt, et ipse cum octo militibus, quos ponet fideiussores, securitatem eis faciet, ut, si ab imperio aut ab aliquo herede suo eadem bona impetantur, supra dicti octo milites inde respondebunt et omnem querimoniam deponent et sedabunt. Quia ergo iste contractus coram nobis factus est et firmatus, mandavimus vobis, quod prefate ecclesie de Helmwartshusen in eisdem bonis secundum iustitiam terre (curam) faciat, ne quisquam ecclesiam gravare presumat. Volumus etiam, quod ecclesiam in iure suo et in bonis optimis ex parte vestra defendatis, quoque id Alardus totum negotium debito fine et promisso persolvat.

Heinrich von Braunschweig, Rheinpfalzgraf, hat den Titel Herzog von Sachsen oft geführt; mit der Pfalz war er seit 1195 belehnt, auf die er 1214 entzog. Man kann die Urkunde in diese Zeit setzen, obwohl H. († 28. 4. 1227) seine Titel auch noch weiter beibehielt.

Orig. Ein Bergamentstreifen zum Ausdruck des Siegels war zwischen der 4. und 5. Zeile von unten nach der Rückseite durchgezogen; es ist nicht mehr festzustellen, ob ein Siegel daran befestigt war. — Rückschrift: De bonis in Grone. Bei Pfaff, Kloster Helmshausen (S. 131) nicht erwähnt.

1204 Januar 12 [II Idus Januarii] Aachen.

[30]

König Philipp gibt dem Erzbischof Adolf von Köln das Allod Saalfeld zurück.

(C.)  $\times$  In nomine sancte et individue Trinitatis. Philippus secundus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.  $\times$  Dignum est et a rationis tramite non discordat ad posterorum noticiam memorabilia omnia celsitudinis nostre gesta scripture sollempnitate decenter transmitti, sed ea potissimum, que et laudabilibus liberalitatis nostre preconiis et gloriosissimis maiestatis nostre titulis feliciter adorantur. Ideoque universis imperii fidelibus tam presentis quam futuri evi duximus declarandum, quod nos allodium in Salveto, quod karissimus pater noster Fridericus divę memorię imperator augustus a Philippo Coloniensi archiepiscopa per concambium imperio contradicatum acceperat, cum ministerialibus, hominibus, mancipiis, castris, villis, possessionibus, pratis, pascuis, silvis, terris cultis et incultis, aquis aquarumque cursibus cum moneta, theloneo, placitis, molendinis, punctionibus, omnique honore ac iusticia eidem allodio attinenti fidelissimo principi nostro Adolfo Coloniensi archiepiscopo omnibusque successoribus suis restituimus in perpetuum per fidelitatis eius constanciam ad hoc invitati, veruntamen sub hac conditionis forma, quod abbatę in Herfurde et Vreden imperio cedant. Ut autem hoc sublimitatis nostre factum ratum semper et inconvulsum permaneat, hanc divalem paginam exinde conscribi iussimus et sigilli nostri charactere communiri, statuentes et firmiter sub pena gratię notsre precipientes, ut nulli omnino personę humili vel alte ecclesiasticę sive seculari, licitum sit ipsum archiepiscopum aut eius successores super proventibus nominati allodii ammodo inquietare vel aliquam eis irrogare iacturam. Quod qui facere presumpserit in vindictam temeritatis suę centum libras auri examinati componat, dimidium camerę nostre, reliquum passis iniuriam. Testes huius rei sunt: Diethalmus Constanciensis episcopus, Conradus Spirensis episcopus, Heinricus Argentinensis electus, Gerhardus prepositus Xanctensis, Didericus prepositus sancti Kuniberti; Heinricus dux Brabantie, Lodwicus dux Bavarię, Heinricus Palatinus comes Rheni, Otto comes Gelrensis, Willelmus comes Julianensis, Lotharius comes de Hostaden, Godefridus comes de Arnispere, Otto de Wicrode, Hermannus Coloniensis advocatus, Heinricus marscalcus de Kallindin, Cōno de Minzinberc, Heinricus de Smalinecki, Heinricus dapifer de Walpurc, Waltherus pincerna de Scipen, Heinricus camerarius de Ravinspurc et alii quam plures.  $\times$  Signum domini Philippi secundi Romanorum regis invictissimi  $\times$  (M). Ego Conradus Ratisponensis electus et regalis aule cancellarius recognovi. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo CoCo. IIII. Indictione VIII<sup>a</sup>. Regnante domino Philippo Romanorum rege inclito. Anno regni eius sexto. Datum Aquisgrani per manum Sifridi regalis aule prothonotarii II Idus Januarii.

Orig. Siegel ab. — Alte Nummern: Nr. 30 lit. A. Nr. 14.

Druck: Wilmans in Blschr. 321, S. 143 nach Ms. I. 178 St.-A. Münster u. Cop. Domstift Köln im St.-A. Düsseldorf; erwähnt Lacomblet, II.-B. II, S. 8, Ann. 2 zu Nr. 11. Bestätigung des Herzogtums Westfalen an Adolf I. durch König Philipp vom gleichen Tage. Das Weitere bei Knipping, Reg. Erzb. Köln II, Nr. 1657.

1206.

[31]

Abt Thetmar von Helmarshausen befundet, daß eine Frau Bertheida dem Kloster als Wachszinsige übergeben ist.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Thetmarus divina clementia huius nominis tertius Helmwardensis abbas. Ut acta temporum ratihabitionem optineant per tempora, per scripti robur et testes necesse est ea perpetuari. Unde scire volumus universos filios ecclesie nostre, qualiter Syfridus cognomento Strul pro remedio anime uxoris sue, quan-dam feminam nomine Bertheidam in ceterocensualem dedit ecclesie nostre ea conditione, ut singulis annis fundum cere pro se offerat. Si autem ipsa vel aliquis de posteris eius decesserit, non optimum caput vel vestimentum, sed duodecim nummos nostre monete dabunt. Huius rei testes omnis conventus. Actum verbi incarnati anno millesimo ducentesimo sexto. Indictione octava, feliciter, amen. Amen.

Orig. Siegelrest. Auf dem Rücken: LXX Census cere annualis. Druck nach Overham: Pfaff, 164. Giefers (Zeitschr. 38II [1880], S. 119) hat auf die Urkunde, ohne jedoch zu sagen, wo sie aufbewahrt wurde, hingewiesen und zugleich hervorgehoben, daß die Indiction 8 falsch ist, vielmehr für 1206 9 richtig wäre.

[1208—1212.]

[32]

Abt Konrad von Helmarshausen gestattet die Überlassung eines Gutes in Gotlovesen an den Propst des Klosters Hilwartshausen unter Vorbehalt der Wiederlöse.

Conradus Dei gracia Helmwardensis abbas, notum esse volumus fidelibus Christi tam presentibus quam futuris, quod quidam honestus vir et religiosus Ricolfus nomine ministerialis Paderbornensis ecclesie quoddam preedium in villula Gotlovesen dicta in beneficio accepit a nobis, quoniam ecclesie nostre devotus erat et fidelis. Factum est autem, ut debitor fieret VI marcarum preposito de Hildewardeshusen, quas cum habere non posset, idem preedium cum consensu nostro ei pro argento dedit hac condicione interposita, ut si ecclesia vel ipse vel filius eius redimere posset, datus VI marcis redemptio non negaretur.

Orig. Auf dem Rücken Siegelrest aufgebrüdt an Pergamentstreifen, der zwischen der zweiten und dritten Linie von unten durchgezogen ist.

Das Gut in Gotlovesen wurde 1237 durch das Kloster Helmarshausen von Hilwartshausen zurückgekauft. Der Aussteller der Urkunde wird demnach Abt Konrad III. sein, der von 1208—1212 regierte. Pfaff, a. a. D. S. 42. 130.

[1208—1212.]

[33]

Abt Konrad III. von Helmarshausen erneuert und ergänzt einige Anordnungen seines Vorgängers, des Abtes Konrads II., für das Begehen der Muttergottesfeste im Kloster.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ipsi favente clementia, Conradus, huius nominis tercus (!), humilis minister Helmwardensis ecclesie, abbatum quartus decimus, presentibus et futuris dilectis in Christo fratribus. Evanescunt cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipient a voce testium vel a scripti memoria firmamentum. Notum sit ergo tam nostris sequacibus quam contemporaneis hoc in loco Deo mancipatis, quod dominus Conradus, huius cenobi abbatum decimus, sui vero nominis secundus, vir acceptus Deo et hominibus, Dei genitricis proponens ampliare sollempnia, implevit sic asspiratus Dei gratia et tocius capituli nostri favente concordia. Instituit itaque de communis fratrum consilio et favore octavam assumptionis beatae Mariæ ritu paschalis octave celebrari per omnia, pro decreto constituens ipsa octava

die fratres in albis exhiberi, evangelio sicut per totam octavam incensum preferri et luminaria de talento cere, quam custodi deputavit ministram. Sed quoniam tam divinum quam humanum sine temporalium consolationis consequentia fatiscit obsequium, constitutum est, diebus eis octavis singulis dominis singulos quadrantes casei et quantitate et qualitate solito prestantioris apponi. Ipsum vero diem octavum, quem divino decrevit famulatu preminere, opulentiori quoque fratum consolatione duxit insigniri. Statuit siquidem in eo ad prandium similam, quam in vigilia et in sancta die festi decretum fuit dari, piscesque, artrocreas et medonem, cene vero placentas caseatas tam pueris quam dominis procurari. Nos igitur eius meritorio facto cupientes aliquatenus administrari, fratum decreto manuscriptionis firmamento decrevimus robore, quod ille studiosior nobis opere pretaxavit, et ut devotioni eius gratiorem assensum prebeamus, statuimus de molendino in Windelessen dimidiā marcam hac eius particione, ut quinque solidi in pisces, quinque in caseos, quinque in medonem expendantur. In memoriam etiam octave beati Pauli, que nonas Julii celebratur, refectioni fratum artrocreas instituit, quam celebritatem tunc temporis agendam necessitas induxit, non voluntas, hac videlicet ratione, ut eo die plenius officii sui debitum acciperet, quem intra dedicationis nostre sollempnia semiplene fuerat assecutura. Item posteritatis successionem latere nolumus saginatorum abstinentiam diebus sabbatis, quam universitas capituli nostri gratia religionis ampliande Deo eiusque genitrici voto liberalitatis optulerat, nostris temporibus quasi exordialiter innovatam. Ut autem hec traditio rata perseveret, beati Petri principis apostolorum et domini pape et nostri dioecesani sanctitura anathematis sigillo nostreque excommunicationis additamento contra quosque suos disturbatores roboravimus.

Orig. Siegel des Abtes aufgedrückt, durch ein aufgenähtes Pergamentstück geschützt. In der viertletzten Zeile hat der Schreiber das (sui) debitum doppelt geschrieben und das zweite getilgt.

Druck: Pfaff, a. a. O., 164 ff. nach Overham V, 219 bezw. dem vorliegenden Orig., unter der Datierung 1208—1216; indessen hat er S. 42, Anm. 2 die Regierungszeit des Abtes Konrads III. von 1208—1212 angegeben. Vergl. die Urk. Nr. 34; Abt Werner stand 1215 im 4. Regierungsjahr.

1212 Mai 19 [14 kalendas Junii].

[34]

G. Bischof von Osnabrück, beurkundet, daß er die in honorem b. Mariae et s. Viti zu Wiedenbrück errichtete Kapelle mit Pfarrrechten ausgestattet habe und umschreibt den Bezirk der neu gegründeten Pfarrkirche St. Vit.

Abschrift 17. Jahrh.

Druck Osnabr. U.-B. II, Nr. 51, S. 39 (nach Abschrift in Henselers U.-S. II, S. 37. Druck: Möller Nr. 274).

1215 Juni 24. Helmarshausen.

[35]

Abt Werner von Helmarshausen trifft Anordnungen über die Verwaltung von 6 Mansen in Willegassen, die der Ritter Burchardus dem Kloster überwiesen hatte.

In nomine Domini. Amen. Wernherus Dei gratia Helmwardensis abbas omnibus huius scripti inspectoribus im perpetuum. Noverint universi ecclesie nostre filii, qualiter Burchardus miles quatuor mansos, a quibusdam ministerialibus ecclesie nostre, qui ipsos in beneficio ab ecclesia tenebant, redemit cum consensu domini Thetmari tunc abbatis atocius capituli tali conditione, ut post decepsum ipsius et uxoris sue idem mansi integraliter in prebendam fratum redirent futuri. Postmodum

complacuit eidem militi, quoniam liberos non habebant, ad ecclesiam cum uxore sua Alburga cum ipsis bonis se transferre addictis duobus mansis in villa Wilgotenssen, ubi et predicti quatuor mansi sunt, quos videlicet duos mansos ipse in beneficio ab ecclesia habuerat. Itaque optimuit, ut eadem bona scilicet sex mansos in prefata villa acceptis duabus prebendis in karitatem fratum assignarent, ita tamen, ut quoad viverent, ipsi proventus eorundem redditum ad supplementum prebendarum suarum perciperent. Altero vero de medio facto medietas redditum utilitati fratum cederet, et post decepsum utriusque ecclesia in totum possideret. Verum quia in humanis actibus nichil satis est firmum, ne ipsis in possessione decedentibus heredes forte eorum tamquam in hereditatem morientium legittime successuri ea sibi usurparent, neve aliud quid inopinati, quia dies mali sunt, offendere posset, uxore eius iam defuncta placuit, ut miles possessionibus predictorum bonorum renuntians iuri, eas ecclesie cum omnibus proventibus resignans contraderet, ita tamen, ut certam pensionem granorum pro medietate supradictorum redditum de granario ecclesie reciperet. Quibus admissis locata ipsa bona sunt in Conradum villicum, qui ea prius de manu militis tenuerat, ad antiquam pensionem, scilicet terciam partem granorum et tres porcos et dimidium; qui dimidiis estimatione taxatus redimatur. Et sic presentibus civibus prefatae ville Heinricus tunc prepositus cooperante Everhardo villico de Dranchuson nomine ecclesie, ut dictum est, in prefatum C. villicum hec bona tunc in agris, in edificiis, satis et quibuslibet culturis habundanter provisa, sunt locata. Ne autem ipse aut quisquam suorum aliquid iuris hereditarie sibi in hiis addicat, dictum est, ut quamdiu conventui placuerit ipseque agros ydonee excoluerit, eandem amministret villicationem. Testes huius rei sunt: Bertoldus decanus, Heinricus prepositus, et omnis conventus; testis etiam Everhardus villicus de Dranchuson, qui secundo ipsa bona villico sub forma prescripta porrexit, coram civibus ipsius ville videlicet Marchardo, Ludolfo, Walthero, Engelgero, Ortwino, Victorio, Brunsteno, Manduino et aliis multis. Acta sunt hec incarnationis Domini millo. CC.XV. Indictione vero tertia, die vicesima quarta mensis Junii, ordinationis nostre anno quarto, feliciter. Amen.

Orig. Siegel ab.

Vergl. Pfaff, a. a. D., S. 155.

1220 Februar 11.

[36]

Der Abt Heinrich von Helmarshausen verpachtet dem Ritter Bertold von Brunesen Güter in Haldungen (bei Hümmel, K. Hofgeismar) und trifft darüber wie über Güter in Wicmanessen, die der Genannte dem Hospitale hinterlassen will, Anordnungen.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Heinricus abbas et Johannes prepositus in Helmwardeshusen notum facimus tam presentibus quam futuris presentis page inspectoriibus, quod domino Bertoldo militi de Brunesen et domine Rechelindi uxori sue bona in Haldunken ecclesie nostre, ut in tempore vite sue consuetam pensionem exsolvant, dedimus excolenda his condicionibus appositis, quod iam dictus dominus Bertoldus et sua uxor sumptus, quos facerent in bonis illis excolendis sive edificandis, ecclesie Helmwardensi ex consensu heredum suorum pro remedio animarum suarum integraliter conferrent ita, ut nullus ex eorum heredibus aliquod ius haberet in predictis bonis sive in expensis repetendis. Cautum est etiam in hoc contractu, quod nullus successorum nostrorum illis hec bona, quamdiu debitam pensionem solverent, posset auferre. Preterea supradictus dominus B. bona quedam in vila (!) Wicmanessen comparavit, ut in tempore vite sue et uxorius sue certum censem eius-

dem ecclesie solvant hospitali et post mortem ipsorum pro remedio animarum parentum suorum eadem bona cum omni integritate cedant hospitali. Ut autem tam rationabile factum apud posteros maneat inconclusum presentem paginam conscribi fecimus et apensione sigilli Frithslariensis et Geismariensis prepositi, qui in hoc presens erat contractu, et ecclesie nostre sigillo fecimus corroborari. Huius rei testes sunt, qui presentes erant: dominus G. prepositus Frithslariensis, H. et G. sacerdotes in Geismaria, Stephanus miles, Lutfridus miles, Reinboldus miles, sculthetus Joannes, advocatus Hermannus, Tidericus Sapiens, Joannes de Desne. Anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XX, indictione VIII.<sup>va</sup>, III<sup>o</sup> idus Februarii.

Orig. 2 Siegel ab.

Druck: Pfaff, a. a. O., S. 166 f. nach Overham V, 216 und dem älteren Kopialbuche im St.-A. Marburg.

1220 Juni 20 [XII<sup>o</sup> Kal. Jul.]. Köln.

[37]

Erzbischof Engelbert I. von Köln schließt mit dem Grafen Theoderich von Kleve einen Vertrag.

Orig. Vom 1. Siegel ein Rest, der nur eine sitzende Figur erkennen läßt, erhalten; 4 weitere ganz ab. Auf der Rückseite: Num. 25. Litera arbitrii inter E. archiepiscopum et comitem Clivensem anno 1220. Nr. 14. Lit. A.

Druck: Vacomblet II, Nr. 85, S. 47. Es ist hier zu verbessern S. 47  
3. 2: et Theodericum comitem Clevensem hec est. Item comes Clivensis ..  
3. 5: bona libera ipsi erunt et soluta... 3. 8: Theodericus de Strunkedhe ... Henricus Dükere, Rütcherus de Heidvelde ... Stephanus de Sülen, Gerardus Paleke Rütcherus de Galen. 3. 11: Si vero comes ecclesiis Colon ... dampnificaverit. Z. 19: Anno dominice . . .  
Alles Weitere f. Regesten der Kölner Erzb. III. 1, Nr. 278, S. 50 f.

1220 Iuli 16 [XVII<sup>o</sup> Kalendas Augusti].

[38]

Engelbert, Erzbischof von Köln, beurkundet, daß der Abt von Helmarshausen ihm die Hälfte der Stadt Helmarshausen übertragen habe. — Das Domkapitel siegelt mit.

Orig. 2 Siegel ab. Danach Druck W. II.-B. VII, Nr. 183, S. 79. Die weiteren Drucke und Angaben zur Sache f. Regesten der Kölner Erzbischöfe III. 1, Nr. 287, S. 52. Vergl. Pfaff, Helmarshausen, S. 44.

1223 Januar 26 [VII Kalendas Februarii] Lateran.

[39]

Papst Honorius III. bestätigt den zwischen dem Erzbischofe von Köln und dem Abte von Helmarshausen über die Krakenburg und die Stadt Helmarshausen abgeschlossenen Vertrag.

Orig. Bulle ab. Danach Druck W. II.-B. V, Nr. 305, S. 146. Regest Potthast, 6948 nach dem Druck bei Schaten ad ann. 1222.

1223 September 14 [XVII Kal. Octob.].

[40]

König Heinrich VII. verleiht dem Erzbischofe Engelbert von Köln für die Stadt Helmarshausen einen Jahrmarkt und nimmt die Besucher des Marktes in seinen Schutz.

Orig. Siegel.

Vergl. das Regest Wilmans-Philippi, K.-U. II, Nr. 268, S. 375. Zu den weiteren Drucken: Regesten der Kölner Erzbischöfe III. 1, Nr. 407, S. 71. Pfaff, a. a. O., S. 51.

1229 August 26 [XII Kal. Septembbris].

[41]

Die Konsuln und die Bürgerschaft von Marsberg bekennen, daß sie bei ihrer Auswanderung aus der villa Herehusen nach dem Heresberch,

der zur Diözese Paderborn gehöre, sich der geistlichen Jurisdiktion Paderborns zu entziehen versucht haben, jetzt aber sie anerkennen wollen.

Orig. Stadtsiegel beschädigt.

Auf der Rückseite: Consules Montis. N. 1. Nr. 2da.

Druck: W. II.-B. VII, Nr. 320, nach von Fürstenberg, Monum. Paderb., S. 105. Schaten ad ann. 1229. Seiberz II.-B. I, 182. Auszug W. II.-B. IV, Nr. 168, nach Ms. I. 242.

[1230] Mai 13. Tournay.

[42]

Der Kardinallegat Otto beauftragt die Bischöfe von Münster, Paderborn und Osnabrück, die von ihm bestellten Visitatoren, nämlich den Abt von Bredelar, den Provinzial der Dominikanerprovinz Teutonia, Konrad von Höxter, und dessen Ordensbruder Ernst von Osnabrück bei ihrem Visitationswerte zu unterstützen.

Venerabilibus in Christo patribus Monasteriensi, Paderburnensi et Osnaburgensi episcopis Otto miseratione divina sancti Nicholai in carcere Tullianensi dyaconus cardinalis apostolice sedis legatus salutem in Domino. Cum ex iniuncto nobis legationis officio ad statum et reformationem ecclesiarum legationis nostre intendere teneamur, quia per loca singula discurrere non possumus per nos ipsos, viros, de quorum discretione et honestate confidimus, nos interdum oportet dirigere, qui suppleant vices nostras. Unde cum dilectis in Christo abbati Bredelarensi ordinis Cysterciensis, fratribus Conrado de Huxaria, priori provinciali fratrum Predicatorum Theutonie et Ernesto Osnaburgensi eiusdem ordinis, de quorum vita et scientia plenam in Domino fiduciam optinemus, nostris dederimus districte litteris in preceptis, ut in monasteriis tam monachorum et monialium quam canonicorum regularium nec non et in conventibus ac decanatibus clericorum secularium, cum etiam vos multiplicibus occupati ad hec, sicut credimus, intendere non possitis, impendant visitationis officium, vice nostra corrigendo et reformando, tam in capite, quam in membris, que correctionis et reformationis officio videbunt indigere, Paternitatem vestram rogamus et exhortamur in Domino, qua fungimur vobis auctoritate precipiendo mandantes, quatinus predictis visitatoribus favorem vestrum, consilium et auxilium efficaciter impendatis, ita quod vobis sit meritorium apud Deum et status ecclesiastici ordinis comprobemini zelatores, nosque sollicitudinem vestram debeamus hoc merito commendare et negligenciam redarguere durius non cogamur. Datum Tornaci III<sup>o</sup>. Idus Maii.

Orig. Siegel ab. Fehlhafter Druck Schaten II ad ann. 1230. W. II.-B. IV, S. 118, Ann. zu Nr. 177 ist die irrite Meinung ausgesprochen, daß die Urk. in den Paderborner Archiven nicht erhalten geblieben sei. Vergl. Zeitschr. 38II, S. 152. — Über die Datierung s. W. II.-B. IV, S. 117, Ann. 1 zu Nr. 176.

1230 September.

[43]

Die drei Visitatoren Abt Heinrich von Bredelar, der Dominikanerprovinzial Konrad und sein Ordensgenosse Ernst bestätigen ein Statut des Stiftes „Niggenkerken“ von Höxter.

Heinricus Dei gracia in Bredelare abbas, frater Conradus, prior provincialis fratrum Predicatorum Teutonie, Ernestus eiusdem ordinis frater a domino Ottone sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolice sedis legato delegati universis huius page inspectibus. Notum esse cupimus, quod cum causa visitandi ad Novam Ecclesiam accessissemus, nos ad petitionem eiusdem ecclesie quandam suam ordinationem, quam de combinatione quatuor puerilium stipendiorum fece-

rant rationabiliter, nostra confirmavimus auctoritate. Datum apud Novam Ecclesiam anno M<sup>o</sup>CC<sup>mo</sup>XXX<sup>mo</sup> in mense Septembri.

Orig. 3 Siegel ab. Regest: W. B.-B. IV, Nr. 183, S. 122 nach den Libri Variorum Ms. 242, S. 117.

[1231 (?)] März 17.

[44]

Der Kardinallegat Otto s. Nicolai stellt dem Kloster Helmarshausen einen Abläffbrief aus.

Otto miseracione divina sancti Nicolai in carcere Tullianensi diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus universis Christi fidelibus presentis literas inspecturis salutem in Domino. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem missionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, que reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam.<sup>1)</sup> Cum igitur ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli Helmwardecensis propter maliciam vicinorum per incendia et rapinas gravibus dampnis adeo dicitur oppressa, quod nisi subsidio fidelium adiuvetur vix adiciet, ut resurgat, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino ac remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus de bonis vobis a Deo collatis ad relevationem ipsius ecclesie pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram eiusdem ecclesie inopie consulatur et vos per hec et alia bona, que feceritis, Domino inspirante ad eterna possitis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis et intercessione confisi omnibus, qui in festivitate beatorum apostolorum Petri et Pauli ad ecclesiam ipsam personaliter accesserint et manum porrexerint caritatis, triginta dies de iniuncta sibi penitentia auctoritate legationis, qua fungimur, misericorditer relaxamus, presentibus vero legationis nostre tempore duraturis.

Datum Mabam. XVI Kal. Aprilis.

Orig. Siegel ab.

Vergl. Pfaff, S. 59, W. B.-B. IV, 117, Ann. zu Nr. 17 b. — Rückschrift von einer Hand 17. Jahrh. Helmarshausen 1231.

1237.

[45]

Abt Konrad von Helmarshausen befundet die Schenkung einer Rente aus Gütern in Mülsen (bei Helmarshausen) und deren Verwendung.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus Dei gratia electus in Helmword[eshusen] in perpetuum. Ordinata temporum transeunt cum tempore, si non scripti munimine perpetuentur. Noverint itaque universi ecclesie filii, quod Helmbertus miles de Exen de beneficio suo contulit ecclesie tres mansos in Mulessen hoc pacto, ut Burchardus clericus, filius predicti militis, eosdem mansos in sua teneat procuratione et singulis annis duodecim solidos levis monete in servicia fratrum assignabit. Qui hoc modo distribuentur: quattuor solidi in anniversario domini Wernheri de Exen fratris sui, quattuor in ipsius militis anniversario; quos tamen dum advixerit, ubi conventui placuerit aliquo die acceptabili karitati fratrum faciet deservire, et postmodum, ut dictum est, in anniversarium ipsius transferentur. Reliqui quattuor ad memoriam magistri Herimanni canonici Nortuensis distribuentur. Hiis duodecim solidis assignatis, quicquid redditum superfuerit, Burchardi cedet usibus. Ipso Burchardo de medio facto provisio eorundem bo-

<sup>1)</sup> 2 Cor. 9, 6.

norum in manus transeat custodis ecclesie. Qui predictos XII solidos in servitia fratrum primo assignabit et demum quod supererit in lumnaribus et vino divini officii ipse expendet. Ut autem hec donatio robur habeat firmitatis nec ab aliquo heredum suorum possit in irritum duci, paginam presentem conscribi et sigillo ecclesie nostre fecimus communiri cum testium astipulatione. Qui sunt: Hartmannus decanus, Otto scolasticus, Ricbodo cellararius et pene universa ecclesia. Heimfrithus plebanus. Hugo, Thedericus, Ludolfus, milites; Heinricus de Muthen, Heinricus Burgensis, Thidericus de Hesebeke et alii multi.

Actum anno dominice incarnationis M.C.C.XXXVII Indictione X.

Orig. Siegel ab.

Bergl. Pfaff, S. 144.

1237 Mai 1 [in die Philippi et Jacobi apostolorum].

[46]

Bischof Bernhard IV. von Paderborn befundet, daß er die von dem ehemaligen Pfarrer Arnold in Sandebeck, dem Priester Bernhardus de sancto Bartholomeo und dem Abdinghofer Mönche Albertus de Watervelde resignierten beträchtlichen Grundstücke der Pfarrei Sandebeck unter bestimmten Bedingungen überwiesen habe.

Abschr. des 17. Jahrh. — Druck nach Ms. I, 126, fol. 44, B. II.-B. IV, Nr. 254.

[1237—1251].

[47]

Abt Konrad IV. von Helmwardshausen nimmt den Freien Wicmann mit seiner Frau Fritheburga unter die Altarhörigen des Klosters unter bestimmten Bedingungen auf.

C. Dei gratia Helmwardensis ecclesie humilis procurator. Quoniam omnibus benefacere non solum amicis, verum etiam inimicis iubemur, quantum possibilitatis nostrę vires paciuntur, his potissimum beneficiorum nostrorum debitores sumus, qui spontanea se traditione manciparunt ecclesie sancte Dei genitricis Marię sanctique Petri principis apostolorum in Helmwardeshuson, cui divina ordinante clementia presidemus, ut eis pro modulo nōstro contra diversas, quę accidere solent adversitates, munimen nostrę providentię tam in futuro quam in presenti debeamus pretendere, quantum sinat vel temporum qualitas vel humanorum morum admittat instabilis levitas. Igitur, que subternotata sunt, nota cupimus fieri tam presenti quam futurę fidelium Christi generationi. Quidam liber homo Wicmannus nomine cum coniuge sua Fritheburga dicta premium suum V videlicet mansos in Wicmannessen (tra)dit se prescriptę ecclesie nostrę hac videlicet conditione, ut singulis annis quoad viveret IIII or denarios in festo beati Petri ad altare deferret, II pro se, II de predio. Quo defuncto filius eius, qui premium idem hereditario iure susciperet, totidem et ipse persolveret et hoc a generatione in generationem perduaret. Porro cum quilibet eorum vita decederet, quicquid melius in iumentis secundo loco habuisset, ecclesie representaretur et similiter per successiones generationum fideliter observaretur. Quod si legitimi heredes in hac successione defecerint, ut fieri potest, ecclesia idem premium libere possideat. Quod si forte aliquis eorum alienam duxerit uxorem, alienam videlicet sui juris, etiam si ecclesie sit alterius conditionis, eo defuncto ecclesia item, quod suum est, recipiat. At si deficientibus mari bus femina ibi fuerit soror videlicet alicuius eorum succedet in hereditatem sub prescripta conditione. A nubentibus puellis nichil exigetur; pro morientibus autem optima vestis ad altare deferetur. Hanc traditionem sine alicuius persone legitimate facta reclamatione litteris mandari iussimus atque impressione sigilli nostri munitam banno quoque beati Petri robo-

ravimus, ut absque retractatione ab eo se dampnandum noverit, quicunque temerario ausu vim aliquam rebus eius inferre presumpserit.

Orig. Siegelreit an weihem Lederriemen.

Druck: Pfaff, a. a. D. S. 167 f. nach Overham (V, 255); vergl. S. 155.

1240.

[48]

Der Propst Leo des Klosters Hilwartshausen befandet, daß sein Kloster Güter in Gotlevessen (bei Helmarshausen) mit dem Kloster Helmarshausen ausgetauscht hat gegen bestimmte Entschädigungen.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Leo, Dei gratia prepositus cenobii in Hildeverdeshusen, universis christifidelibus in perpetuum. Ordinationes temporum cum processu temporis evanescunt, si non scripti munimine roborentur. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris christifidelibus, quod concordi consilio et communis consensu tocius nostri capitulo spe melioris commutacionis bona, que ecclesia nostra habuit in villa Gotlovesen dicta cenobio de Helwardeshusen cooperante industria et labore domini Couradi eiusdem cenobii abbatis acceptis ab eodem et ab ecclesia quattuordecim marcis examinati argenti vendidimus tam in pratis quam in pascuis omniique iure, quo predicta bona perfuerunt et gaudere. Item septem mansos in Hescheke pro sex marcis cum mancipientibus et omni iure tam in pratis quam in pascuis, aquis eciā aquarumque decursibus necnon et silvis eadem bona contingentibus; item quandam partem silve in monte prope Muten, de qua inter nostram et Helmwardenssem ecclesiam questio esse videbatur, in partem eiusdem empacionis fecimus devenire, quod si in posterum forte aliqui nomine heredum emerserint, nos vero warandiam prestamus et prestabimus eidem ecclesie, quod predicta bona, quanta sunt, tam in agris quam in silvis ipsi absque omni impedimento aliquorum heredium omniique iure alicuius advocati seu eciā omni gravamine cuiuslibet rei, que nomine ecclesie nostre poterit suboriri, libera contradimus et quieta. Ut autem huius facti series rata et illibata ad memoriam transeat posteriorum, presentem paginam conscribi et sigillo ecclesie nostre fecimus roborari. Huius rei testes sunt ex parte ecclesie nostre: Mathildis, priorissa, Gertrudis cameraria, Johannes presbyter frater noster. Thethardus et Ordmarus conversi fratres nostri; de utriusque parte Othrauarius prepositus Embicencis, Theodericus prepositus in Luppoldesberghe, Alexander prepositus de Anenberghe, Thidericus prepositus in Wizenseine, Otto prepositus de Winethe. Item testes de parte Helmwardensis ecclesie: Hermannus decanus, Otto scholasticus, Hermannus hospitalarius, Ricbodo cellarius, Hemfrithus plebanus, Helmbertus de Exen, Ludolphus de Kaldenhove, Conradus et Reinboldus de Wilmersen, Theodericus de Hesebike, Henricus de Muten, Bartoldus iudex, Gerlacus, Thidericus, Henricus, Bertoldus consules de Helmwardeshusen et alii plures. Acta sunt hec publice anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione tercia decima.

Begläubigte Abschrift des Notars Tilemannus Röles. 16. Jahrh.  
Vergl. Pfaff, S. 130.

1242. Osterode.

[49]

Herzog Otto von Braunschweig verleiht dem Kloster Helmarshausen als Schadenersatz 9 Mansen in Sielen (K. Hofgeismar).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia dux de Brunswich universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum esse cupimus omnibus hanc paginam videntibus, qualiter nos eterne salutis respectu pro melioratione lesionis, quam Heinricus, ministerialis noster ecclesie Helmwardensi intulit, ipso cum suis

amicis instanti petizione (hoc ipsum promo)vente eidem ecclesie proprietatis nostre in Sylon novem man(sos cum) molendino et hominibus cunctisque ad eadem (bona pertinentibus in)violabiliter contulimus, ut eo vide-licet iure ab eadem ecclesia teneantur, quo tenuerunt a nobis. Ut autem hec collatio firma et inconvulta permaneat, sigilli nostri impressione hanc cartam roboratam decrevimus insigniri. Huius rei testes sunt Herimannus comes, Gunzelinus dapifer, Ekbertus filius ipsius, Anno de Heinburg, Heinricus de Arnstein, Thidericus de Thidinhusen et alii multi.

Datum in Osterroht anno gracie M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.XL<sup>mo</sup>.II<sup>o</sup>. Indictione Vta Xma Vta.

